

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Elias Mascov

Discursus Studenticus ...

**Pensum Duodecimum : Nobilissimus Apatr kai Amtr Ex Se Ipso Natus. Quod Viro
... Ern. Joh. Frid. Mantzelio ... Sceptra Aurea Academiae Varniacae Anno
MDCCXXXIV. Die XX. Octobr. ...**

Rostochii: Adler, 1734

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612862>

Band (Druck) Freier  Zugang 

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn828612862/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612862/phys_0001)



MK-7973^a.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn828612862/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612862/phys_0004)

DFG



Fr. Bachmann

15 Briefen
1732-75

wol. unicum

U. - Bibl. hat nur einen Teil

PENSUM DUODECIMUM
ΔΙΑΝΟΗΜΑΤΟΣ ΣΤΟΥΔΕΝΤΙΚΟΥ,
i. e.

N O B I L I S S I M U S
ΑΠΑΤΩΡ καὶ ΑΜΗΤΩΡ
EX SE IPSO NATUS.

QUOD
V I R O
MAGNIFICO, CONSULTISSIMO,
EXCELLENTISSIMO,
D N . E R N . J O H . F R I D .
M A N T Z E L I O ,

PHIL. ET JUR. UTR. DOCTORI UBIQUE CE-
LEBRATISSIMO, INSTITUTIONUM PROF. PUBL. ORD.
MERITISSIMO, AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ
DECANO SPECTABILISSIMO,
PRÆCEPTORI SUO FIDELISSIMO
OMNI FILIALIS OBSERVANTIAE CULTU
SUSPICENDO,

S C E P T R A A U R E A
ACADEMIÆ VARNIACÆ
ANNO MDCCXXXIV. DIE XX. OCTOBR.

TERTIA VICE

CAPESENTI,

inscribebat

E L I A S M A S C O V I U S ,

Stipendii Candidatus.

ROSTOCHII; Typ. JO. JAC. ADLERİ, SER. PRINC. & ACAD. Typog.

12



PRÆLOQUIUM.

§. I.

Nobilitatem aliam esse *Sanguinis*, aliam *Sanguinis & Virtutis* simul, aliam *Virtutis* tantum vel *Moralium* perspiciat. Quare CICERO (a) non sine ratione *εξοχην* inter & *ευγενειαν* illam virtute *Hanc* sanguine nitentem distinguit, dicens, non paucos sanguine nobiles, omnibus infames vitiis reperias. Quis vero istos *Nobiles* in *Positivo* gradu consideratos, omni Jure *Paten & Miss-Juncker* audientes, ullo prosequeretur honore. Nobilitatem etsi eximiam quiddam statuas, nihilominus si iis rebus, quibus paratur, destituta sit, quid aliud, quam statua, nihil praeter speciem representans, aut caderet pulchrum? Nasci ex magno genere fortuitum est nec ultra aestimandum: Ast vero odisse vitia amore virtutum id est, quod Vulgo nos eripit. Quid enim nobilem, quid generosum dixerim, qui ignorissimus omnium sit? qui in avaritia, fastu, ferocia nobilitatem ponendo amittat? qui libidinibus conflagret? Nec animalia quidem a genere aut parentibus estimaveris; & ea tantum generosa dicimus, que vi ac labore maxime valent; Quanto rectius id in hominibus fiat? Secundæ namque autoritatis fidus luna est,

quia

quia non sibi ipsa, sicut Princeps Astrorum Sol sufficit lumen, sed haurit ab eo & munatur ; Sic primo loco etiam excidunt, quorum laus omnis in origine est & aliunde dependet. Unde per quam sapientissime IMPERATORES solche Schafften ne dignos quidem judicaverunt, qui auro, Serico, margaritis & cujuscunque generis unionibus sese exornarent (b). Sed quid ? Dantur interim tantum myriades generis decus in sanguinis prærogativa & titulo ponentes. Nec mirum ! cum hodie mediocriter saltem insaniisse pro laude est.

(a) Lib. III. Epist. VII. ad Famil. (b) Conf. R. J. de Anno 1500 verb. die von Abel, so nicht Ritter oder Doctores seynd sollen kein Gold noch Perlen öffentlich tragen. Nec abludit ab hac constitutione Imperiali Reformatio Vestiaria sive ordinatio Politica Inferioris Austriae de Anno 1671.

§. II.

In Comparativo Nobilem sive Nobiliorem dicimus & sanguine virtute alias præstantem. Non fallunt quidem temere natae feliciter indoles. Surgunt in ortus fuos generosa Semina, nec ab natura stirpis abeunt surculi. Insequuntur vel vestigia ex quibus nati sunt, eandem ut contingent avidi metam, quæ gentis Autores in id fastigii extulit. Sicuti autem egregium, alienum tamen erat, non vili ortu trahere genus & natum esse nobilitatis antiquæ Splendore claris inclutisque ; ita majus excellentiusque omnino est, præstare per se egregiis dotibus. Nam parum lucis parentibus debens, amplius saltem aut non tenuius certe, vel proximum quoque sibi ipse circumdat lumen virtute & sanguine illustris. Quippe male tuerit natalium decus, qui a Majorum virtute desciverit. Quibus parata initio artibus, iisdem servanda quoque nobilitas. Generis antiquitati proinde virtutes & artes merito junxeris. Quo facto JOH. SCHMIDII (a) facile evitabis epocrisim.

(a) In disp. de Heroum filiis noxis.

§. III.

Ad Superlativum Nobilitatis seu Nobilissimum accelerantes, ho-

A 2 minent

minem cum SOCRATE solo metiendum animo existimamus, corpore duntaxat organo ejus habito; tanto minus miraturi ea in homine, quæ neque ipse homo sunt corpori non nisi inserviendo apta. Reète quidem idcirco SUMMUS ARISTOTELES ad consequendum suum illud ac ultimum bonum, quod in composito virtutibus & sapientia animo præclarisque inde promerentibus actionibus non potes non statuere, multum facere opes existimavit; nam si fateri verum volumus, magnum sèpe ad bonam mentem impedimentum præbet paupertas, quo minus opibus destitutus prorsus, multas exerceas virtutes juxta illud:

Opes merae merito sunt fortis viro

Quia dives arca veram laudem intercipit.

Hæc autem etsi pro divitiis opibusque bene dicantur; non tamen propterea ex supra virtutem & cætera, quibus Nobilissimus coruscat, existimanda sunt, quia istiusmodi commoda incommoda iis ipsis haut raro sint. Huic e contra incommoda sunt commoda, cum & sortita sit Sapientiam paupertas. Ut ea propter sit Nobilissimus parentum virtute & gloria superior, imo illis Illustrior conspectiorque, recte censente JOH. REFTELIO (a). Sed nunc ad thema ipsum pertractandum.

(a) In Dissertat. Philosoph. de Honesto emergendi Studio Sect. IV.
pag. 7.

SECTIO PRIMA DE PARTUM NOBILISSIMI ANTECEDENTIBUS.

§. I.

OMne Initium grave conquerebatur ILLE (a). Virgini primum parienti partus majore causatur dolores. Via invia vel ingredientem viatorem deterret. Interim audenti fortuna juvat. Relatio est inter initium, medium & finem. Relata autem sunt

sunt simul natura. Ob eam causam egressus testetur de ingressu
Idem enim non est primum & ultimum,

(a) Vaccam caudā apprehensam sublatus, cum non liceret
capite.

§. II.

De Nobilissimi partum antecedentibus dicturi præmonemus,
nobis non esse animo, multa communicare cum B. L. de SALICIS
Francorum Nobilissimis, de quibus N. H. GUNDLINGIUS (a);
multo minus eum habebimus Nobilissimum, qui eo ipso nobilita-
tur, wann er in Champagne eine Adeliche Fräulein heyratet,
ceu testantur Historiographi. Quod quidem hic locorum non pro-
cedit, interim könnte man auch hier wol Adeliche Fräuleins zur
Genüge bekommen, allein dehortatur unumquemque ANONY-
MUS (b) wo wolte, dicens, ein Priester die Adelichen Schwäger
und Wurst-Reuter ernehren, die sich gar oft angeben würden,
können sie doch selber nicht einmahl ertragen, weisen sie einander
sich selber auffressen; nec de iis, qui ex arca nummaria vel PLUTO-
NIS cista Nobilitatem emendicant, sed qui doctrina & virtute ve-
ra & sincera nobilitatis suæ splendorem nanciscuntur, ceu loqui-
tur vere Nobilis HANS BEZB (a). Ut inde unusquisque per-
spiciat de DOCTORIBUS uti olim (d) ita & hodie NOBILISSI-
MIS præprimis verba factum iri.

(a) In den ausführlichen und vollständigen Discours über dessen Ab-
riß einer rechten Reichs-Historie Periodo I. §. 85. p. 99. (b)
In den vertheydigten Postillen-Reuter P. 50. (c) In Diff. Ju-
rid. de Imperio Romano-Germanico, Præside D. HENRICO
SCHUCKMANNO habitæ Inscriptione Celsissimo DNO. JO-
HANNI Episcopo Lubecensi facta. (d) Afferente N. H. GUND-
LINGIO I. c. pag. 906.

§. III.

Antecedunt vero partum Nobilitatis Superlativa multa obsta-
cula. Ordine quo se se invicem tangunt, ut omnia & singula ex-
cipiamus, non e re erit. Sufficiant duo Notissima, Illegitima Sti-
pendiorum Distributio, & Nepotismus. Stipendiorum cum mentio-
nem

A 3

nem injicimus facile jam inde inferas , ea expetentis Matrem esse Peniam. Non autem sumuntur mihi Stipendia in eo significatu quo in A. BUCHNERO (a) pro Salariis sc. Professoribus debitiss; nec multus sim in Stipendiis militaribus de quibus GEORG. SCHONBORNERUS (b); sed accipio Stipendum in sensu Studentico , ubi notus illud vetustissimum ac Studiofis gloriofis-
sum :

* * * Studenten

Die leben von den Renten,

Solten es auch nur die Stipendia seyn. Siquidem nil refert,
utrum die Renten ex vivorum, an mortuorum cistis accendant.

(a) Epistol. P. II. Epist. VII. p. 344. (b) Polit. Lib. VI. Cap. XXX.
pag. 484.

§. IV.

Quod vero saepius stipendia haut promerentibus porrigantr,
iis scilicet qui scribere nesciunt, nec discere volunt i.e. Agasanis-
bus, in propatulo est & conquerendum. Hi vero oriosi Principi-
um CHRISTOPH. SEEBACHII (a) amplectuntur Nummum ne-
cessitatis nil curantes, Stipendia ad pias causas legata, legant rur-
sus Huic, Illi, Isti. Conqueruntur hanc perversam vivendi ratio-
nem PROFESSORES in suis Programmatibus ad lacrymas usque.
Utne Theologica Programmata attingam, NOBILISSIMUS D.
JOH. de KLEIN (b) JCtus & in morte vivens ERUDITOS pe-
nes ROSTOCHIENSES loquatur ipsissimis MEGALANDRI LU-
THERI verbis; Es ist dieser Stadt ein grosser Schmack und Eh-
re, daß die hohe Schule hier (Witteberge) ist, und so viel feiner
gelehrten Leute, die mit der himmlischen Lehre und guten Kün-
sten umgehen; aber unter denen jungen Leuten (WITTEBER-
GENSIBUS non ROSTOCHIENSIBUS) sind etliche die nicht er-
kennen, daß sie in dieser Versammluna, als da die lieben Musæ,
die guten ehrlichen Künste ihre Wohnung haben, ja der rechte
Tempel der 3. Engel ist (non in eo sensu quo sumit STUDIO-
SUS ROSTOCHIENSIS) sein nüchtern und züchtig leben sollen;
sonderin

sondern richten Vermen und Tumult an, gleich als Sie unter den groben und Tyrannischen Leuten, die Cyclopes und Centauri sind genannt worden, und schänden die schöne Versammlung mit bösen Eitten und Ergernissen. En umbram alarum! Pecunia enim distributa male mala mali malo meruit mala maxima mundo.

- (a) Quem refutatum vero dedit A. J. de KRAKEWITZ in Disput. Morali de Nummo Necesitatis CHR. SEEBACHIO opposita.
 (b) In Programmate ad Festum Michaelis Anno 1693. condito.

§. V.

Unde vero tot lacrymæ? Ex Nepotismo, Præteritum non tamquam Praesens occupante Seculum, forsitan & Futurum. Hæc herba pestifera pluribus Seculis ante, multos Reipublicæ & Literariæ & Politicæ causata est morbos. Effectus enim testatur de sua causa. O si vero PATRONI STIPENDIORUM natura CLEMENTIS IV. P. R. prædicti Nepotismum odissent, longe feliciores facerent progressus literarum studia. Quid vero CLEMENS IV.? Habebat Nepotem ex Filia ante suscepsum Pontificatum suscepta, maclum & diratum tribus Patrimoniois Ecclesiasticis seu Præbendis, Canoniciis hodie dictis. Huic optionem facit, ut ex tribus, quos possidebat unum, duobus relictis, retineret, dignitati & necessitatibus suæ sufficientem. Hoc vero ægre ferentibus Amicis, Hic prudenter respondebat, DEum velle ut sua in piis causas erogarentur, nec esse dignum PETRI successorem, qui plus cognationi, quam pietati tribueret. Hæc memorans ILLE tale Judicium interponit: Utinam nostra etatis Pontifices & Patroni stipendiorum imitarentur, & DEO, non autem Sanguini acquiescerent, tradente JOH CONR. DÜRRIO (a). Maclum & redderemus PAULUM IV. P. R. si Hic iisdem ex rationibus Nepotismum removisset. Factum ipsum quidem laudem meretur & scopo nostro accedit, verum intentio, daß er nur den Schein haben mögte, daß er ein Feind des Interesse wäre, da er doch sonst nichts als Krieg und Unruhe im Kopf gehabt, affectans licet vitam contemplativam N. H. GUNDLINGIO (b) merito improbatur.

- (a) In Ethica Prædigmatica Cap. XI. Aphorism. III, §. V. p. 416.
 (b) I. c. Period. IX, §. II4. p. 1085.

§. VI,

§. VI.

Num vero rebus sic stantibus Spei dulcedo abjicienda? Nullatenus. Etsi fortuna αλλοπρόσαλλος votis hucusque non respondebit, terga tamen non vertamus, non incepta deseramus. Ne sumus autem temulentis similes, quibus ex vino nihil est confidens cum fiducia rerum ex animi sententia eventurarum res arduas aggressi e longinquo intueantur, etiam ea quæ fieri nequeunt, concupiscant, propter magnitudinem Spei, quæ ostentatur, cupiditate usum mentis & rationis singulis mortalium vincente. Quod est absurdum. Nec tamen temere consulto inceptis rursus absistamus, quippe quævis difficultates atque impedimenta, quæ occurunt, oculis caliginem non offundant & in vanos errores nos inducant. Nam dum spiro spero mea spes est unicum stipendum ait Ille. Num hoc vero aliquid impossibile? Minime. Possibile cum sit, ut *Tres Studiosi Tringinta* וּבָרוּמְכָרֶן ex ratione, quam suppeditat PATER in Christo COLENDISSLIMUS M. PETRUS BECKERUS (a); Quid mirum itaque ut accidat in puncto quod non spes in anno. Ab antecedentibus ad Partum Nobilissimi concomitantia.

(a) In Disput. Mathemat. de Multiplicatione Coroll. V. *Par numerus debilior, impar potentior.* Nolo autem coeo ignorantiae & imperitiae impetu præcipites hi *Tres* in pericula sedent, quia dum hæc ingruerent, pœnitentia ducti sese propriando ludibrium hostibus deberent; quippe γλυκὺς ἀπέιρῳ πόλεμος. De cætero Coroll. ita applicanti dabitur Venia.

SECTIO SECUNDA DE PARTUM NOBILISSIMI CONCOMITANTIBUS.

§. I.

Fingas nunc Præceptores misericordia *Penie* captos lubenti animo ipsi scholas & Publicas & Privatas εἰς χάριτος aperuisse; Studio-

Studiorum cursu haut infelibus progressibus peracta, *Examini*
Rigoroso se subjiciens, emendicatis ad id nummis, *CANDIDATUS*
laudatur. Quid nunc? Num jam recta interrupto pede sic itur
ad astra? In fine videbimus cuius toni?

§. II.

Iht fängt der Kerl an sich hervor zu thun, prout vulgatum
circumfertur proverbium. Consurgunt actum Adversarii laudis
progerminantes abscissuri ramuletos. Concomitantur invidi eum
præcipitatum eentes, ut ferme partus in partu exspiret. Hic eti
sit sapientissimus, cui quod opus sit veniat in mentem, statim
deest alter invidens, qui hujus bene inventis obtemperet. Magna
conantem deterrere audet hostis visus sibi occultus huic apertus,
& utitur verbis: *magis nullius interest, quam tua, mi Amice, non*
imponi cervicibus tuis opus, sub quo concidas, quia forstan Thersites
loricam Achillis non poscat. En Blanditias! Ecce Insidias!

§. III.

Quando vero STUDIOSUS five Theologie wol auf einen GE
NERAL - SUPERINTENDENTEM; Juris auf einen Canzler;
Medicina auf einen Königlichen Leib-MEDICUM studiren mag;
Prætereuntibus tamen hac vice Theologum haec non vel tantopere
curantem ex admonitione Salvatoris, daß wer der Größte hie auf Er
den, dort im Himmel der Kleinste seyn würde, obviam proce
dit *Jctus*. Hic principium LIVIANUM (a) firmiter tenens, quod
olim dum nullum fastidiretur genus, in quo eniteret virtus, creve
rit IMPERIUM ROMANUM, spem sperat, fore aliquando ut in
casu, wo man nicht eines guten alten Adels, sondern eines gu
ten Rahs und Verstandes benötigt ist, da zwar ein Edelman,
ein Graf oder sonst ein grosser Herr nichts mehr und besser als
eine Person vom Mittel-Stande zu thun, aber wol mehr Un
heil und Böses anzurichten vermag, ut id fastigium ascendet,
præprimis cum nulli præclusa est virtus, omnes admittit nec cen
sum nec sexus eligit. Sed quid si contingeret da entiveder der
Kerl einem Stulto videatur unverständig, vel si hoc non, saltene

B

gerin

geringes herkommenſs, plane ac ſi non ſaſe etiam Olior verba
opportuna locutus eſſet, ut in proverbio loquimur; vel ſi neque
illud daß er doch zum wenigſten zu jung, quaſi CICERONEM ab
eximia virtute progressum etatis expeſtare oportuifſet. Vah!

(a) Lib. IV.

§. IV.

Cum itaque ſit, qui eſſe deberet, commendatio Hic Ipſe erit
ſui ipſius, mendaciis licet involutus, proditus, traduetus, infamia
affectus, modo ceu HIPPIAS ELEUS uestibus manu propria con-
fettiſ i. e. ut unaomnes exponam *virtute* ſcilicet ſe induat. Sic omnes
calumniatores puōore ſuffundet aliquando, qui Theatrum hujus
orbis ingrediuntur ad munera publica emenda. Hi ipſi enim appa-
rent ueste mutuo accepta, quam aut Favor, aut Nummus, aut
Amicus; aut quotidianus nocturnusque cursus mutuam dedit. Viden-
tur ut AEOPI cornix alienis induita pennis ſeſe elaturi non propriis,
modo digni ad tempus videantur, qui munere aliquo fungantur.
Aſt emicat horum nuditas ex uestibus aliunde emendicatis, daſſie
denn auf der rechten Schau-Bühne der Ehren herunter purzeln.
Firmo tum pede vitiſt virtute ambiens, non favoribus, non ami-
cis, non nummis, quae longe hic abeſte debent. Hæc de partum
Nobilissimi concomitantibus, jam ad consequentia.

SECTIO TERTIA DE PARTUM NOBILISSIMI CONSEQUENTIBUS.

§. I.

Ho dann iſt der Berl fertig, neque Patrem neque Matrem
agnoscens i. e. ex ſe ipſo natus. Qui proinde non quidem
dicitur ein Edel-Mann in Positivo, veruntamen ein Edler-
Mann in Comparativo gradu, utpote qui nobilior nobili i. e. NO-
BILISSIMUS. Quare Hic in comparatione omnino *Prime*, Ille
vero

vero nonnisi Quintæ classis sit homo, ut loquar verbis H. OLIVÆ RII (a). Sic per aspera ad astra itur per varios casus per tot discrimina rerum. Fortis autem hic poscitur animus, mortis terrore vacans, qui spatiū vitæ extremum inter munera naturæ ponat ferendo quoscunque dolores, nesciat irasci, nihil cupiat, & potiores MINERVÆ atque HERCULIS ærumnas ducat sæuosque labores & VENERE & plumis & SARDANAPALI cœnis. En Nobilissimum Hunc!

(a) Conf. Disput. de Numeri Quinarii Excellentia §. IX. Juncto Penso II. Discursus Studentici de Studio Monasterio Academico vacuo §. 4. ubi nostro scopo hic inservientia plura in notis occurunt.

§. II.

Spiritus igitur NOBILISSIMO ex se nato inest Epictetis, Sokratis, Epicuri, Senecæ, Bruti, Catonis. Philosophiam habet capitalem non labialem, i. e. Sie ist im Kopf und nicht auf den Lippen. Naturam non μερικῶς & in tantum, sed ὁλικῶς & in totum intelligit! Vivit in mundo, quasi extra mundum, infra coelum, quasi supra coelum, ne qua pavidum feriant minæ, si frater illabatur orbis. Loquimur autem præprimitis de Politico eeu NOBILISSIMO, quem quidem sat aperte indicat §. III. Seſt. II. Persuadet hic sibi in tempore Stultitiam omnium vitiorum matrem, Amicitiasque pro luhitu & commodo erigi. Divites ignobiles oculo irretorto aspicit. Magnanimæ paupertatis ipsum non pudet. Pertinaciter insistit virtuti und gebrauchet sich einer Philosophischen doch dabei höflichen Freyheit. In mundo est nonnisi accidens. En hæc talia Nostrum NOBILISSIMUM ad απαθεῖαν i. e. Nichts empfindliche Leydens-Befreyung, naturalem bonitatem, & animi promptitudinem ducentia. Cum his autem coniunctam deprehendes Ipsum penes animum fidelissimum.

§. III.

Optimum quemque nunc fidelissimum putat je ehrlicher, desto treuer. Non respicit propria, non Personalia. Studer fidei bonum i. e. einen wackeren und edleren Mann decenti. Uni

contra omnes servitia præstare se præparat. Fidei nec rerum metas
nec tempora ponit, obsequium sine fine daturus. Avaritia fidei
non est Magistra. Intentit servire statu invidia & innopia vacante.
Privata publicis postponit commoda rebus. Alios magnificiendo
se ipsum parvifacit parvifaciendo autem se magnificat.

§. IV.

Porro nū nisi quod in oculos incurrit, credit, quamvis credu-
litas magis sit error quam culpa, & quidem in optimi ejusque men-
tem facillime obrepatur, teste CICERONE (a). Saltē ex metu
ne fallatur ita facit, quoniam qui facilis credit, facilis decipitur.
Thut also über solche Märtzen-Possen einen Sprung überweg.
Siquidem STATISTÆ hoc modo einen gar leicht übern Tölpele-
werffen. Superstitione Credulitatis Germano Judicium non sopi-
tur tenebris obnubilaturque. Probe gnarus superstitione quisquis
illaqueatus est, quod non possit effugere proximas miserias, pro-
inde ipsum sibi ipsi Supplicium fugit, dum quæ non sunt mala,
hæc fingeret esse talia; & quæ mediocria mala, hæc maxima face-
ret & lethalia, quo admisso errore mentis famularetur impietati.
Quis vero quæsio his mysteriosis non careret, dann man bedarff
keiner solchen Geheimnissen und Ceremonien ein Edler-Mann
zu seyn. Quippe CATO Romæ habebatur NOBILISSIMUS eti-
ridendo vera Illi dicebat, scilicet non esse illud monstrum, quod arrosæ
sunt a Soricibus caligæ, sed monstrum habendum fuisse, si sorices
a Caligis roderentur. Apage igitur in directum a Domo NOBIL-
LISSIMI omnem Insanitatem!

(a) Lib. Epist. I. Ep. XXIII.

§. V.

Hoc lapide angulari posito iuperædificare intendit Justitiam.
Quæ Politici NOBILISSIMI Principium & Finis. Principium in
Pandeictis. Finis in Praxi quotidiana. Et si autem post lapsum
Adami veri juris germanæque Justitiae solidam & expressam effigi-
em nullam teanemus, umbribus & imaginibus saltē utitur, quoad
eius facere potest. Quia non ut Regula Lesbia sufficiat omnibus,
Beatus ergo qui minimis urgetur. DEum Vertumnus æmulari,
commodo

commodo vero & honestate semper connexis, sibi proponit Cautelis
CÆPOLLI imbutus. De cætero cæteris paribus ex Principio illius
Galli & est Philosophus, quem quasi sibi auſcultat dicentem: *Que bien*
souvent pour faire la Justice il ne faut pas tout ce, qui est juste i. e. quod
ad Justitiam servandam, non semper id, quod justum, opus fit.

§. VI.

Accedit ad hæc Prudentia. Hac insuper instructus bene me-
mor est moniti ARISTOTELIS (a) Prudentiam & Scientiam Civi-
lem eosdem esse animi habitus. Quippe trium nostræ vitæ tem-
poris est Domina, dum *præteriorum* meminit, *præsentia* dirigit,
futura prospicit. Unde non potest non nullum Numen abesse, si
sit Prudentia juxta JUVENALEM (b).

(a) Lib. vi. Eth. Cap. 8. (b) Satyr. X.

§. VII.

Exempla adducere non quidem attinet, cum plerique Nostri
Nobiles *Minores Majoribus* suis id satis clare testantur, quantum
dissent æra lupinis. Historiae locupletes Præteriorum testes vel
ipse loquuntur per omnia secula. Adducamus vero & Exempla
Nobilitatis superlativa; Interim cum jam prævideo NOBILISSIMOS
non quidem ratum habere, ut in faciem laudes, proinde duos
NOBILISSIMOS ex se ipsis natos, quos insinuat ANTONIUS
ÆMILIUS (a) tantum adducamus. In exemplis tibi fistit SPINO-
SAM Cardinalem, cui ceu NOBILISSIMO nihil non tribuebat Rex
Hispanie PHILIPPUS II. ex modicis initis, summus causarum
fidei Quæsitor & Consilii Castellani Praes, tante denique hic apud
Regem autoritatis fuit, ut vulgo HISPAÑIÆ MONARCHA dice-
retur; & M. AGRIPPAM crebris & maximis a Principe cùmalatum;
Qui postea ipsi Cæsari formidabilis fuit, metuenti, ne secundo loco
haud contentus de primo cogitaret. Adeo ut alter AUGUSTI
amicus, MÆCENAS Principi dicere non dubitaverit: eo rem re-
diisse, ut AGRIPPA aut tollendus aut gener faciendus. Posterius
novo scilicet affinitatis vinculo sibi devinciendum placuit, deditque
Filiam JULIAM huic virtute NOBILISSIMO, verum genere igno-
bili,

bili, ut & ipsum sui nominis puderet. Ut silentii peplo involvam
NOBILISSIMUM D. JOH. de KLEIN quem NOBILISSIMUS D.
GEORGIVS DETHARDINGIUS (b) maximis merito cumulavit
encomiis.

(a) In Libr. orationum orat. X. p 250. (b) In Programmate in Me-
moriā Viri Per - Illustris ac Excellentissimi JOH. de KLEIN
conscripto.

§. VIII.

Cum autem non cuilibet quamvis MERITISSIMO contingat
adire Corinthum i. e. daß er auch publice geadeit werde, queritur
proinde, ob dieser auch ein NOBILISSIMUS dicendus? Respon-
detur, nihil refert utrum publica declaratio nobilitatis accedit, an
minus. Quippe substantia potest esse sine accidente. Er ist und
bleibt desfalls so wohl wie jener, cui Nobilitas externa accedit,
ein NOBILISSIMUS in Superlativo. Quamvis propterea nunc tu-
us Pater sit Vespolio uti SCALIGERUS (a) de SCIOPPIO scribit;
vel non Princeps ceu SCIOPPIUS (b) contra de SCALIGERO;
ne tamen te ipsorum pudeat. Risum alias de se excitat BURRI (c)
Magniloquentia in lutum postea incidans.

(a) Conf. Scioppii Scaligerum Hypobolimatum. (b) In Satyra:
Hercules tuam fidem pag. 124. (c) De Notitia gentis BUR-
RORUM legere est in Collect. Libr. Rar. pag. 243.

§. IX.

Hæc de NOBILISSIMO ex seipso nato. Licetne igitur nunc
Vir MAGNIFICE pace tua hæc restrictis restringendis in TE ap-
plicare. Novi quidem gentem TUAM sat nobilem. Quis enim
non legit audivitque MANTZELIOS? ROSTOCHIUM loquatur;
sed quid? quæsto nonne Majores TUL TE fuerunt Minores? Num
ad id honoris fastigium haec tenus ullus MANTZELIORUM ascen-
dit? Nullus. Primus est MAGNIFICUS RECTOR JOHANNES
ERNESTUS FRIDERICUS MANTZELIUS. Bona mens autem
quæ TUA est, mea hic congesta bene quin interpretetur, nullus
dubito. Magnos enim metior virtute, non fortuna. Et profe-
cto felicitati ingenii atque acri studio plus quam fortunæ jure me-
ritoque

ritoque debemus. Quippe ingenium excelsum Excelsi honore attingit gradum. Et jam certo certius, si divinare licet, quæ video MARCUM PORCLUM CATONEM, cui quidem splendidos fortuna natales denegaverat, nobilitatem cum Imagine SUIS relictum. Superiores enim virtute & gloria sunt MANTZELLI NOSTRI INSIGNIA ACADEMICA hodie capessentes omnibus MANTZELLS, indeque ILLUSTRIORES CONSPPECTORES. Uno verbo: NOBILISSIMI ἀγεναλόγουτοι. Ex seipsis itaque nati sunt NOSTRI MANTZELLI, RECTOR hodie MAGNIFICUS ἀπάτωρ καὶ αμύτωρ. Eluctatur humo seque ad Sublimia attollit. Eluctando autem & attollendo comitatem nulli non manifestat suam. EnVIRUM MAGNIFICUM omnibus recensitis Sect. ill. qualitatibus exornatum, superabundantemque VIVANT proinde RECTORIS MAGNIFICI Amici! PEREANT Inimici! Ita obtestatur Φιλανθρωπίαν MANTZELLORUM penitus expertus. Quandoquidem RECTORIS MAGNIFICI ἀρεταὶ ὄμιλητηκα περὶ τὸς λόγως καὶ πράξεις, τὰς ἐν ταῖς ὄμιλοις, καὶ ἐν τῷ συζητην ὅπιαι erunt testes. Ad ultimum Vir NOBILISSIME, RECTOR hodie MAGNIFICE accipe non Poetæ, sed Versifici Leviora:

SEr DOCTOR MANTZELS Geist, Verstand und Weisheit kennet,
Doch halt, was sage ich, ein Schöps versteht JHM nicht;
Der heist der Edelste, ja wer sich nach JHM nennet,
Auf dem wird dreyfach ruhn Desselben Geist und Licht.
Die dicke Finsternis kan dieser LEBER dämpfen,
Da mancher Jünger sich zwar klüger dünen lässt;
Gedoch ich bin gewiß, wenn diese solten kämpfen,
Der Jünger wiehe bald, das macht er steht nicht fest.
Wer wolte denn also den Edelsten nicht lieben,
Weil DIESTER schärfster sieht, und kleine Auglein hat,
Da jenes grosse Aug zwar liest was geschrieben,
Indessen doch nicht sieht, fragt oft um Hülff und Raht.

Ja

Ja noch einander wil sich selbst baronisiren,
 Da nur der PUFFENDORF passive sich verhielt,
 Der Wolff wil igt zwey Schaaf mit Raht und That versühren,
 Doch mancher schiest vorbej, weil er nicht recht gezielt.
 Wer also Klugheit hegt, der sucht der Weisheits-Sonne,
 Ich meyn den LEBER selbst, der andern gibt das
 Licht,
 Den NOBILISSIMUM, der Musen Freud und Wonne,
 Ich stimm ein VIVAT an. Wohl dem der dieses spricht!

ENI METPA.

- 1) NOBILISSIMI ambitio per se vitium, maximarum autem virtutum mater.
- 2) NOBILISSIMUS est neque ἀρετας neque δισκολος.
- 3) NOBILISSIMUS cernit prius, quomodo discat, quam discere dicit, ubi se didicisse negat.
- 4) NOBILISSIMUM magnis in rebus civilibus versaturum contra SCHWERDTNERUM non oportet carere Religione, Uxore, Pudore.
- 5) Nudius Tertius nobilitatus est Nobilis, Heri Nobilior, Hodie NOBILISSIMUS i. e. der neue Adel ist eben so gut wie der alte, ja noch besser.
- 6) NOBILISSIMI des Ober-Parlaments in England optime bacillis albis discernuntur a Nobilioribus i. e. welche eines uhralten Adels und einen schwarzen Stab in der Hand halten.

SYLLOGISMUS

AD

NOBILISSIMUM ANTAGONISTAM
PENSI DECIMI.

DOMINE WAGNERE!

AUT INTELLEXISTI PENSUM DECIMUM, AUT NON;
 ATQUI INTELLEXISTI; ERGO NON INTELLEXISTI.
 MAJOR EST UTRIUSQUE; MINOR TUA; CONCLUSIO MEA.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn828612862/phys_0025](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828612862/phys_0025)

DFG



ne classis sit homo, ut loquar verbis H. OLIVAR aspera ad astra itur per varios casus per tot di Fortis autem hic poscitur animus, mortis terrore um vitæ extreum inter munera naturæ ponat ue dolores, nesciat irasci, nihil cupiat, & potiores HERCULIS ærumnas ducat fævosque labores & is & SARDANAPALI cœnis. En Nobilissimum

ut. de Numeri Quinarii Excellentia §. IX. Juncto Pen cursus Studentici de Studio Monasterio Academi §. 4. ubi nostro scopo hic inservientia plura in no runt.

§. II.

ur NOBILISSIMO ex se nato inest Epietetis, So Senecæ, Bruti, Catonis. Philosophiam habet callem, i. e. Sie ist im Kopf und nicht auf den non μερικῶς & in tantum, sed ὀλικῶς & in tota in mundo, quasi extra mundum, infra coe oelum, ne qua pavidum feriant minæ, si fras. Loquimur autem præprimis de Politico eeu quem quidem sat aperte indicat §. III. Sect. II. in tempore Stultitiam omnium vitiorum matrem, abitu & commodo erigi. Divites ignobiles occidens. Magnanimæ paupertatis ipsum non pudet. virtuti und gebrauchet sich einer Philosophischen hen Freyheit. In mundo est nonnisi accidens. im NOBILISSIMUM ad ἀπαθείαν i. e. Nichts tydens-Befreyung, naturalem bonitatem, & em ducentia. Cum his autem conjunctam de penes animum fidelissimum.

§. III.

emque nunc fidelissimum putat je ehrlicher, respicit propria, non Personalia. Studet fi en wackern- und edleren Mannen decenti. Uni

B 2

contra